

mes palatinus, adeptus Thuringie principatum, qui etiam per legalem copulam accepta nobilissima Sophia, filia ducis Bavarie, suscepit ab ea nobilissime indolis filium, ut predictum est, Lodewicum quartum huius nominis lantgravium, et Hermannum, qui obiit in Ysenache; Heinricum, qui postea in regem Romanum electus fuit; Conradum, qui se optulit ordini domus Theutonice; et duas filias, quarum prima Irmigardis copulata fuit comiti Heinrico de Anholt; secunda Agnes, que coniuncta est duci Austrie.

palatinus adeptus est Thuringie principatum; qui aliam duxit uxorem Sophiam nomine, filiam ducis Bavarie, ex qua sustulit filium nomine Ludovicum, IIII. eiusdem nominis lantgravium, et Hermannum, qui obiit in Ysenach; Heinricum, qui postea in regem Romanum electus fuit; Cunradum, qui se contulit ordinis (!) domus Theutonice; et duas filias, quarum prima Irmigardis copulata fuit comiti Heinrico de Hanhalt; secunda Agnes, que coniuncta est duci Austrie.

Die vorstehenden Stellen der Cron. Reinh. sind Quelle für die folgenden des Liber cron. Da ist aber die Anordnung der Genealogie verändert, indem die Kinder der ersten Gemahlin Hermanns denen von der zweiten Gemahlin nachgestellt sind. Die Gegenüberstellung lehrt deutlich, dass hier Schedel dem Liber cron. folgt, wie er oben Cron. Reinh. ausgeschrieben hat.

Liber cron.

A. D. MCXCIII. Ludewico tercio huius nominis Thuringie lantgravio in expeditione sancte crucis defuncto, Hermannus frater ipsius, palatine principatu insignitus, comes provincialis effectus est atque fratri mortuo successit, dictus Thuringorum lantgravius quartus.

A. D. MCC. . . . Hermannus comes palatinus Saxonie post adeptus est Thuringie principatum. Hic accepit uxorem ducis Bavarie filiam nomine Sophiam et suscepit

Schedel S. 94.

A. D. MCXCIII. Ludowico tercio huius nominis *principe* Thuringie in expeditione sancte crucis *sublato*, Hermannus frater ipsius,

comes palatinus Saxonie, principatum Thuringie adeptus, accepit uxorem ducis Bavarie filiam nomine Sophiam; *ex qua sustulit Ludo-*